



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Edictum pro concursu parochialium, quomodo providendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- extiterint tot examinatores synodales anti-
qui, qui ad hunc numerum ascendant, tunc eligat illos, qui vivi fuerint, ac sup-
pleat alios de novo, approbatos tamen à capitulo, usque ad numeri præfati complementum: verum, si nulli antiqui synodales examinatores superstites fuerint, tunc Episcopus novus examinatores pro-
bitate, ac scientia idoneos, qui à capitulo approbati sint, non pauciores, prædicto numero substituat, & veniente vacatione cujuslibet parochialis ecclesiæ, Episcopus ex prædictis examinatores tres eligat, qui cum eo examen juxta decretum conc. d. cap. 18. sess. 24. perficiat: officium autem omnium prædictorum examinatorum synodaliū subrogatorum expirare censetur, cum primū advenerit tempus novæ synodi juxta formam cap. 2. ead. sess. 24. celebrandæ, ut in declarationibus ejusdem sacre congreg. super eod. cap. 18. §. Clemens viii. † & provisio parochialis facta ei, qui non fuit examinatus, & approbatus ab examinatores in synodo deputatis, sed ab alijs, quos Episcopus elegit, est nulla, & beneficium potest impetrari, uti reservatum per constitutionem Pij V. cap. 32. in Bullario Rom. impressam.
- 27 Ecclesia parochiali vacante, † statim vicarius, seu vicarij, si per plureserit administranda, cum congrua fructuum portione, & assignatione, qui onera ipsius ecclesiæ sustineant, donec ei de rectore fuerit provisum, arbitrio Ordinarij constitui debent, eod. c. 18. paulò post princ. sess. 24. & congreg. conc. super eod. cap. in decis. tit. Aquilan. Lucen.
- 28 Edictum † verò publicum, quo vocentur omnes, qui volunt examinari intra decem dies vel aliud tempus ab ordinario præscribendum, quo clerici ad regendam ecclesiam coram examinatores nominentur, est publicandum, † & arbitrium, quod Episcopis post dictos decem dies conceditur, ultra alios decem extendi non potest, Pius V. in conferendis, §. prohibentes const. 32.
- 30 Peracto † autem examine, si ante factam collationem veniat alius, qui petat ad examen admitti, non est audiendus, idemque judicandum, si compareret elapso termino edicti. congreg. conc. super eo. cap. 18. in decis. sub. tit. Perusin. quæ incipit. peracto.
- 31 Ad parochiales † per concursum conferendas examen coram Episcopo, vel vicario, & examinatores tribus, non paucioribus, fieri debet, eo. cap. 18. sess. 24. quò peracto, qui idonei judicati fuerint, sunt Episcopo renunciandi, qui de jure communi eum eligere debet, quem examinatores magis idoneam judicaverint. c. metropolitano. 63. dist. c. Moyses. cap. sicut ergo. §. 8. qu. 1. cap. custos cum glo. in verb. sanctiores. de off. cust. auth. de monach. §. ordinatione. collat. 1. & eo. cap. 18. §. peracto. sess. 24. & Pius V. ead. const. in conferendis: & peccant
- 32 † eligentes bonum, qui possunt meliorem eligere, cum ad id necessariò teneantur. Arch. in d. cap. licet ergo, & Fed. de Sen. 95. numer. 1. ex mente tamen sacre congregationis, examinatores debent vota sua dare, sed Episcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, sed potest, cui maluerit, ex approbatis, beneficium conferre, non habita ratione calculorum ipsorum votorum, postquam examinatores renunciaverint, quos judicaverint idoneos, ut per sacram congr. super eo. c. 18. in decis. sub. tit. Hierac. & sub. tit. Taruisin.